Hic magister ingrit de generatione q̄tũ ad p̄nm. t diuidit in duas ptes.in p̄ma ingrit qd sit p̄nm generationis.vtꝝ necessitas vel volũtas vel nã. in scõa ingrit de cõitate p̄ncipij gnãtõis. vtꝝ.ſ. potẽtia gnãndi sit cõis p̄ri t filio.in sequenti distinctiõe.Pria in tres. p̃.n. mouet qõnẽ t determiat. 2ºremouet dubitationẽ.ibi.(Sz ꝫ hꝺ opponiꝝ.) 3ºexponit determinationẽ ibi.(Predicta tñ vba.) ¶Circa p̃m tria facit. p̃ ponit qõnẽ. 2º determiat.ibi. (Nec voluntate.) 3º ex determiatiõe excludit errorẽ.ibi.(Quo circa vt ait.)Ubi p̃ ponit errorẽ. 2ºexcludit.ibi. (Propter qꝺ mutabil.)Ubi p̃ iprobat põnẽ errãtis.2º ꝓfirmat rationẽ.ibi.(Acute sane.) Qõ. I.

Bintelligẽtiã bꝰptis tria q̄runꝝ. p̃ vtrũ p̄r genuit filiuz nec̃itate. 2º:vtꝝ volũtate. 3º:vtꝝ nã. ¶Utꝝ pater genuit filiũ necessitate. I.

Bprimum sic ꝓcedit. vr̃ q̄ p̄r genuit filium necessitate. Necessariũ.n.t poſe diuidũt ens:si igr̃ p̄r nõ genuit filiũ necessitate: genuit ipz ꝓtingẽter vel possibiliter:qꝺ ẽ ipoſe. ¶ꝑ. Oẽ eternuz est necessariũ:ſz gnãtio filij a p̄re est eterna. g̃ necessaria. ¶ꝑ.sic̃ deꝰ ẽ p̃ se bonꝰ:ita ẽ p̃ se ens necessariũ. oẽ.n.qꝺ est p̃ ꝓticipationẽ reducit ad id qꝺ ẽ p̃ se: sed in p̃ se bono

nihil pōt eē nisi bonū.ḡ nec in p se necessario aliquid nisi necessariū:cū igit gnātio sit in deo.ḡ erit necessaria.

Contra oīs necessitas ē rōne alicui⁹ cogētis: vel ītrius vl exteri⁹:sz deo nō pōt eē aligd fortiꝰ.ḡ ibi nō pōt eē necessitas. ¶ P. Aug. diuidit necessitatē ī coactionē ⁊ phibitionē sz neutrū deo ꝓuenit.ḡ ⁊c.

Respondeo dōz q fm phz.5.meta.necessariū dr multiplr.Est.n.necessariū absolute: ⁊ nec̄iuz ex cōditiōe.⁊ hꝰ ē duplex.s.ex ꝺditiōe finis:vl ex ꝺditiōe agētis. Necessariū ex ꝺditiōe agētis ē necessariū p violētiā.nō.n.cū q violēter currit necesse ē currere:nisi sub hac ꝺditiōe si aliqs cū cogit. Necessariū ex ꝺditiōe finis est illud sine q̄ nō pōt ꝓseq aliqs finis: vel nō ita faciliter.finis aūt ē duplex vel ad esse:⁊ hꝰ mō cib⁹ vl nutrimētū dr eē necessaria.q2 sine eis nō pōt eē hō. vel pertinēs ad hū eē:⁊ sic dr eē nauis necessaria eūti vltra mare: q2 sine ea exercere nō pōt actionē suā. Necessariū autez absolute dr qō ē nec̄iuz p id qō in eēntia sua ē. siue illud sit sua eēntia sic in simplicib⁹: siue sic ī cōpositis illō pn̄m sit mā:sic dicim⁹ hoiez mortez est necessariū.siue forma:sic dicim⁹ hoiez eē rōnalē ē necessariū.hꝰ aūt absolute necessariū ē duplex.qōdā.n.est qō hz necessitatē ⁊ esse ab alio: sic in oib⁹ q̄ cām hñt. qōdā aūt ē cui⁹ necessitas nō depēdet ab alio:sz ipm ē cā necessitatis ī oib⁹ nec̄arys sic de⁹. ¶ Dōm ḡ q gnātio in dīnis nō ē ex necessitate ꝺditiōata:siue ꝺditionē ex fine:siue ex agēte:nō ex agēte cū ipe de⁹ sit pmū pncipiū ⁊ vltim⁹ finis: sz ē necessaria necessitate absoluta:sicut ē nec̄itas pme cāe. ¶ Et p hꝰ patz solo ad vtrāq; ptē.q2 pme rōnes ꝓcedūt de necessitate absoluta:⁊ alie de nec̄itate coactōis q̄ repugnat nec̄itati absolute:⁊ de ista ꝓcedebat heretic⁹:⁊ fm hꝰ negaꝝ in lra.

¶ Utz pr̄ genuit filiū voluntate. II.

Ad secundū sic ꝓceditur. vr̄ q pater genuit filium volūtate. Oē.n.bonū ē volitū a deo: sic oē vez scitū:sz gnātio filij ē optimū.ḡ ē volitū a deo:⁊ ita pr̄ genuit filiū volūtate. ¶ P.in gnātiōe humana ita ē q pm̄ iclinās ad gnandū ē volūtas: sz gnātio humana extrahiť a dīna.ḡ ⁊ filr erit ī gnātiōe dīna:⁊ ita vr̄ q pr̄ genuit filiū volūtate. ¶ P.Ozi.dic de pr̄e loquēs. Hermē ꝓferēs volūtatis fact⁹ ē vbi pr:sz illō qō ē germē volūtat[ē natū volūtate gnānt].ḡ pr̄ gēuit filiū volūtate

Contra volūtas ē pn̄m ꝓductiōis eoz q̄ p arte ꝓducuñť ī reb⁹ būanis:sz filiꝰ nō ꝓducit a pr̄e sicut artificiatū:imo sic̄ ars:sed creature sic̄ artificiata. ḡ vr̄ q pr̄ nō genuit filiū voluntate:sz voluntate creaturas ꝓduxit. ¶ P. Dyl.li.de synodis.Sigs volūtate dei filiū tanḡ fcm̄ dicat anathema sit.ergo ⁊c.

Respondeo dōz q voluntas pōt ꝺparari ad aliqd duplr.aut sic̄ potētia ad obz: aut sic̄ pn̄m.si cōpareť ad aligd sic̄ ad obm: tūc oē volitū a deo pōt dici eē voluntate ei⁹:⁊ sic pōt dici pr̄ ē de⁹ voluntate sua.vult.n.se eē deuz:⁊ filr pōt ꝺcedi q pr̄ genuit filium voluntate.Si aūt ꝺpareť voluntas ad aligd sic̄ pn̄m.hoc pōt eē duplr:q2 aut illud ad qō ꝺparať sic̄ pn̄m dicit rōnē pncipiādi. Aut dic̄ ipz pncipiatū. Si pmo mō sic ꝺparať voluntas ad ꝓcessionē.s.s.q ꝓcedit vt amor:ī q volūtas pncipiata oīa.s. amoze creaturas ꝓducit:⁊ fm hunc moduz ēt ītellis ī deo se hz ad gnātionē filij q ꝓcedit:vt vbū ⁊ ars.Si 2mō tūc pncipiatū voluntatis ꝓcedit a voluntate sz voluntatis ꝺditionē:voluntas ãt q̄tū ē in se libera ē.vñ pncipiata volūtatis sunt tñ ea q̄ pñt eē vl nō eē. ⁊ hꝰ mō ꝺstat q voluntas dīna ꝺparať ad creationē rez ⁊ nō ad gnātionē filij.⁊ hīc ē q qdā distīguūt voluntatē ī tria.s.ip voluntatez accedentē.q̄.s.de nouo accedit operi vel operanti:⁊ talis nō est in deo:fm aliquē triū dictorum modoz voluntatis.q2 oīs opatio ei⁹ est a voluntate eterna. ¶ Itē in voluntatez cōcōitantē que dicit fm cōparationem ad obiectū tñ:⁊ sic est in deo respectu generationis filij. ¶ Itez in voluntatez antecedentē.⁊ sic dicit comparationem pncipij ad pncipiatum:⁊ sic est respectu creaturarum.

Ad primuz ergo dōm q rō illa ꝓcedit fm cōparationē voluntatis ad obiectum tñ. ¶ Ad 2m dōz q gnātio būana nō est eterna:⁊ iō pōt hr̄e voluntatē añcedētē:qō nō pōt eē ī dīna. ¶ Ad 3m dōz q Ozi. vocat germē volūtatis id in q̄ gescit pr̄is bñplacitū. ⁊ hꝰ ē filiꝰ:sic ipse dixit Mat.3. Hic ē filiꝰ meus dilect⁹ ⁊c. Alie aūt rōnes ꝓcedunt de voluntate añcedēte:siue fm cōparationē pncipij ad pncipiatum.

¶ Utz pater genuit filiuz nāliter. III.

Ad tertium sic ꝓceditur. vr̄ q pr̄ nō naturaliter genuit filiū Dyl.de synodis. Nō nāli necessitate ductꝰ pr̄ genuit filiū.ḡ videť q non sit nālis generatio. ¶ P.in deo idē est volūtas ⁊ nā:sz pr̄ nō genuit filiū voluntate.ḡ nec genuit filiū nā. ¶ P.sic supra habitū est phi p rōnes creaturaz potuerunt deuenire in cognitionē dīne nāe:sz cognita nā cognoscit opatio nāe.ḡ potuerūt deuenire in cognitionē gnātiōis eterne.si pr̄ nālr genuit filiū:cui⁹ ꝺriū supi⁹ ē ostēsuz.

Contra Dyl.li.de synodis. Oībus creaturis subaz dei volūtas attulit.sed filio nā dedit. ergo videť q pater genuit filium nā. ¶ P. Dama. Gnātio est opus diuine nāe existens.ergo ⁊c.

Respondeo dōm q eēntia dīna vt dcm̄ est:ē pncipiū oīuz actuū dīnorum:sz eēntia sub rōne essentie nō dicat pn̄m actus q est opatio: sed q ē esse:sed cū in eēntia sit ꝺsiderare diuersa attributa q̄ sūt realr vnuz in ipa:rōne tñ distincta: act⁹ referť ad eēntiaz fm hꝰ attributū vl illō sz q exigit ꝺditio act⁹: sic̄ itelligere ē ab eēntia dīna inq̄ntū ipa ē itellīus:⁊ res volite q̄ pñt eē vel nō eē ꝓducuñť ab eēntia inq̄ntū ipa ē voluntas:⁊ q2 de rōne gnātiōis ē vt ꝓducať genitū in silitudinē generātis ⁊ hꝰ ꝓductiōis pn̄m ptinet ad nāz q̄ ē ex similib⁹ sil'ia ꝓcreans.iō dicit q pater nā genuit filium.

Ad primū ḡ dōz q Dyl.nālē necessitatē appellat qñ vtute nāe aligd agit qō ē ꝺriuz voluntati.sic̄ fames ⁊ sitis ī nobis.vñ voluntas patiť quasi q̄dā violentiā a nā ⁊ talis necessitas nō est in deo. ¶ Ad 2m dōz q q̄uis nā ⁊ voluntas sint idē re:dr̄nt tñ rōne.vt dcm̄ ē:⁊ iō eēntia dīna in rōne nāe ē pncipiū alicui⁹: cui⁹ pncipiuz nō ē ipsa eadē ꝓut hz rōnez voluntatis. ¶ Ad tertiuz dōz q nāz ē cognoscere dupl'r.vel pfecte ꝺpbendēdo ipaz.⁊ sic phi nō cognouerunt nām dīnā. q2 sic cognouissent oīa opa dīna ⁊ q̄cunq; sunt in ipa: Uel p effectus:⁊ ita phi cognouerunt. Quia vō creatura nō pfecte repsentat nāz dīnā sz q ē pncipiuz gnātiōis eterne ⁊ cōsubalis:iō gnātionē dīnā:q̄ ē ei⁹ opatio:nō cognouerunt phi.

¶ Expositio textus.

Voluntas sapiaz ꝑire nō pōt.) Hoc dicit q2 sapientia filio appropriať. ¶ Sz ꝺ voluntas est motoz aliaz viriū.ītelligim⁹.n.q2 volum⁹.ḡ volūtas vr̄ ꝓcedere cognitionē sapie. ¶ Dōm q voluntatē opz q ꝓcedat aliq̄ cognitio. Est.n.duplex act⁹ voluntatis.vn⁹ iperfectus.s. appetere:⁊ iste actus ꝓcedit cognitionē perfectā eoruz q̄ acquirunť in cognitione. Per appetituz.n. sciendi aligd mouet aligs ad cōsiderationē alicui⁹:cuius cognitionez considerādo accipit,sed tñ hunc actū voluntatis ꝓcedit

cognitio indeterminata: qua res scit in vñi: ⁊ per illã cognitionem iperfectam tendit appetit⁹ in perfectionem ipsi⁹. si. n. esset oino ignotũ nõ q̃reret. Est ⁊ ali⁹ act⁹ volũtatis ꝓfectus quo volũtas gescit ⁊ placet sibi in re iã habita: ⁊ ita voluntas sciendi sequtur cognitionẽ perfectam. ¶ Utrũ de⁹ filiũ volés aut nolés genuit. Uidet q̃ necessariũ sit alterũ dare: cũ fiat diuisio per affirmationẽ ⁊ negationẽ. ¶ Dõm q̃ nolés ⁊ volés nõ opponunt̃ ꝺdictorie: sz volés ⁊ nõ volés. Differt. n. nolo ⁊ nõ volo. q̃ cũ dr nõ volo neget act⁹. ⁊ ió opponit̃ sicut negatio ad affirmationẽ. sz in ℔ vbo nolo ⁊ in toto cõdeclinio eius remanet actus volũtatis affirmat⁹. ⁊ negatio fert̃ ad nolitũ. vnde sensus ẽ. nolo ℔. i. volo ℔ nõ eẽ. Uñ nõ oz dici nolens vel volens q̃ lapis nec volés est nec nolés. ⁊ silr in ꝓposito neutrũ dandum ẽ. Sz dãda ẽ ista nõ volés. si volés dicat voluntatẽ accedentẽ vel añcedentẽ. Si añt dicat voluntatem cõicantẽ: dãda est ista. volés genuit.

¶ Hic querit̃ an pater potuerit vel voluerit gignere filiũ. ¶ Bis. VII.

Hic solet q̃ri a quibusdã vtr̃ pr̃ potuerit vel voluerit generare filiuz. Si. n. inqunt potuit ⁊ voluit gignere filiũ. ergo potuit aliq̃d ⁊ voluit q̃ nõ nec potuit nec voluit filius. Nã fili⁹ nec potuit nec voluit gignere filiũ. Cui versutie facile respõdem⁹ dicẽtes: posse vel velle generare filiũ nõ ẽ aliq̃d posse vel velle subm volũtati vl̃ potẽtie. Est tñ aliq̃ potẽtia vel voluntas. s. posse vel velle gñare filiũ: ⁊ ió distiguẽda ẽ itelligentia ꝓpositi ꝟbi: posse vl̃ velle gignẽ filiũ ẽ posse vl̃ velle aliq̃d: neq̃ gnãtio filij aliq̃d eor̃ ẽ q̃ sunt subta diuine potẽtie ⁊ volũtati: nec ẽ aliquid iter oia vel de oib⁹: sed sup oia ⁊ añ oia. Nõ. n. ante voluit vel potuit q̃z genuit: sic̃ nec añ fuit q̃z genuit: q̃ ab eterno fuit ⁊ ab eterno genuit. Ex filiũ quoq̃ ℔ videre possum⁹. Pater. n. põt eẽ pr̃ ⁊ vult eẽ pr̃. fili⁹ añt nec põt nec vult eẽ pr̃. g̃ pr̃ põt vl̃ vult eẽ aliq̃d q̃ nõ põt vl̃ vult eẽ fili⁹. Nõ sequit̃: q̃ eẽ pr̃z nõ ẽ eẽ aliq̃d sed est eẽ ad aliq̃d vt in sequenti ostẽdet̃.

¶ Ponit quedã verba Augustini vñ moueri potest auditor.

Sed vehemẽter nos mouet quod ait Augustin⁹ in lib:o pr̃io cõtra maximinũ: q̃ asserebat pr̃z potentiorẽ filio: eo q̃ filiũ genuit deũ creatorẽ: filius añt nõ. Dicebat q̃z pr̃z potuisse gignere ñ filiũ: ⁊ ió potẽtiorẽ eẽ filio. Ad q̃ rñdẽs Augustinus dicere videt̃: q̃ fili⁹ ẽt potuit gignere: volés oñdere pr̃z nõ eẽ potẽtiorẽ filio his verbis. Absit vt ió potẽtior sit pr̃ filio sicut putas: q̃ creatorẽ genuit pr̃: fili⁹ autez nõ genuit creatorẽ. neq̃. n. nõ potuit: sed non oportuit. Uide ⁊ attẽde diligẽter hec ꝟba. nõ. n. potuit sed non oportuit. Uidet̃. n. dicere q̃ filius gignere potuit: sed non oportuit: ⁊ ita potuit q̃ nõ non oportuit. Quare añt non oportuit subdit dicẽs. Immoderata. n. eẽt diuina generatio: si genitus fili⁹ nepotẽ gigneret pr̃i: q̃ ⁊ ipse nepos nisi auo suo ꝓnepotẽ gigneret ℘m vestrã mirabilẽ sapientiam ipotẽs dicere t̃. Similiter ẽt ille si nepotẽ nõ gigneret auo suo. ⁊ ꝓnepotem proauo suo: nõ a vobis appellaret̃ oipotens: nec ipleret̃ gnãtiõis series: si semp alter ex altero nasceret̃. nec eã ꝓficeret vll⁹ si nõ sufficeret vn⁹ oipotẽs. Itaq̃z oipotẽtez genuit filium patris natura non fecit.

¶ Opponit̃ ꝓdictis verbis Augustini.

Hoc añt nõ vr̃ q̃busdaz posse stare. s. q̃ fili⁹ potuerit gignere. Si. n. filius potuit gignere potuit eẽ pr̃: ⁊ si potuit eẽ pr̃: poruit ergo eẽ pr̃ vel sui vl̃ pr̃is vel spũs sci vel alicui⁹ ali⁹: ℔ ali⁹ nõ: q̃ nll⁹ ali⁹ sp fuit. nec pr̃is: q̃ pr̃ ẽ igenit⁹ ⁊ inascibil̃. nec sui. q̃ nll⁹ res scipaz gignere põt. nec spũs sci: q̃ nasci nõ potuit. Si. n. nasci potuit: potuit eẽ fili⁹. ⁊ ita mutabilis eẽ potuit.

¶ Hic q̃rit̃ quo sint intelligenda. Uomodo ergo accipiet̃ qõ supra dictum est. Nõ. n. nõ potuit gignere ℔ non oportuit. q̃si potuit: ℔ non oportuit. Nõ ẽ nob ꝓspicuũ apire quo sit ℔ vez: ⁊ ió sub silẽtio pot⁹ eẽt ꝓtereũdum: nisi me sup ℔ aliq̃d loq cogeret istãtia querentiũ.

¶ Hic aperit̃ ex quo sensu sint accipienda.

Protest g̃ sic itelligi. Nõ. n. nõ potuit: ℔ non oportuit. i. nõ ex ipotentia sui fuit q̃ fili⁹ nõ genuit: ℔ ei nõ ꝓueniebat: sic̃ de⁹ fili⁹ nõ ẽ de⁹ pr̃: nec tñ ℔ ex ipotentia sui ẽ. Nã ⁊ pr̃ silr nõ ẽ fili⁹: nec ℔ ẽ ex ipotẽtia pr̃is. Sz q̃rit maximin⁹ arrianorũz epũs. vñ g̃ ẽ q̃ pr̃ nõ põt eẽ fili⁹: vel fili⁹ pr̃: non vtiq̃z ex ipotẽtia. Sz pr̃ ꝓprietate gnãtiõis pr̃ est: q̃ oz eũ nõ eẽ filiũ: ⁊ fili⁹ ꝓprietate nativitatis filius ẽ q̃ opz eũ nõ esse pr̃z: de q̃bus ꝓprietatibus plenius postea tractabitur.

¶ Utrũ pr̃ nã sit potens gignere filiũ. ⁊ an ℔ sit aliqua potentia que sit in filio.

Tez q̃rit̃ a quibusdã si pater potẽs sit nã gignere filiũ: ⁊ an ℔ sit aliq̃ potẽtia q̃ sit in filio: Ad q̃ dicim⁹ q̃ nõ est potens nisi nã. Eius. n. potentia nã est vel essentia. At inquiunt illi. Si potẽs est gignere. bz g̃ potẽtiã gignẽdi. filius añt nõ bz potẽtiã gignendi: si nõ põt gignere. bz ergo pater aliquã potẽtiã quã nõ habz filius. Nõ segt̃. Eãdẽ. n. potẽtiã penit⁹ bz filius

quā ⁊ pater: q̄ potuit pr̄ gignere ⁊ filiꝰ potuit gigni. Eadē.n. potētia ē in filio q̄ potuit gigni: q̄ ē in pr̄e q̄ potuit gignere. Sed ꝫ B opponit. Aliō ē posse gignere aliō ē posse gigni: qz aliō ē gignere aliud gigni. Hic ē distiguēdū. Si.n. cū dr̄: aliud est posse gignere aliud posse gigni. aliā significes potētiā q̄ pr̄ potens ē gignere: ⁊ aliā q̄ filiꝰ potēs est gigni falsus est intellꝰ. Si ꝯo dicas pr̄em posse hāc aliam ꝓprietatē siue notionē qua genitor est. ⁊ filiū aliā q̄ genitꝰ est: verus est itellectꝰ. aliā.n. ꝓprietatē hz pr̄ qua pater est. aliā filius qua filius est.

¶ Qūo sit itelligendū filius hz vel non habz potentiam generandi.

ITa ēt cū dr̄ filius nō hz potentiā generādi quā hz pr̄ dupl̄r pōt itelligi. si.n. dicat nō hz filiꝰ potentiaz gnāndi quā ⁊ pr̄. i. q̄ potēs sit ad gnānduz. i. vt genuerit vel generet sīc pr̄ verū ē. Si ꝯo itelligat sic nō hz potētiā q̄ possit gigni vl̄ genitus ee: q̄ eadē pr̄ ē potēs vt gennerit vl̄ vt generet falsū ē. Sicut dr̄ pr̄ hz potētiā q̄ pōt ee pr̄. filiꝰ ꝯo nō hz potētiā q̄ possit ee pr̄. ⁊ ecōuerso. filius hz potētiā q̄ pōt ee filiꝰ. pr̄ ꝯo nō hz potētiā q̄ pōt ee filiꝰ. hz ergo aliquā potētiā pr̄ quā nō hz filiꝰ: ⁊ econuerso. Absit qz eadē est potentia pr̄is q̄ pōt ee pr̄. ⁊ filiꝰ q̄ pōt ee filiꝰ. Ita ēt eadē est volūtas q̄ pr̄ vult ee pr̄ nō filiꝰ: ⁊ filius vult ee filius nō pr̄: ⁊ eadē est volūtas filiꝰ qua vult esse genitꝰ. ⁊ pr̄em genuisse: ⁊ patris q̄ vult esse genitor: ⁊ filiū genitum.

¶ Diuisio textus.

POstquā ostēdit ꝓncipiū diuine generationis ꝓprium qō est nā et non volūtas. h ingrit de cōmunitate ꝓncipy. vtrum. s. generandi potētia sit cōis patri ⁊ filio. ⁊ diuidit in duas. In ꝑma ingrit de cōitate potētie gnātiue sumpte in cōcreto. In scā de cōitate eiusdem sumpte in abstracto. ibi. (Itez querit a quibusdam ⁊c.) Prima in tres. ꝑmo determinat questionez. zo mouet dubitationem. ibi. (Sed vehementer.) Tertio ponit solutionez. ibi. (Quomodo ergo accipi ⁊c.) ¶ Circa ꝑmuz tria facit. Primo mouet questionez. Scdo ponit determinationē. ibi. (Cui versutie ⁊c.) 3o cōfirmat per similitudinez. ibi. (Ex simili quoq;.) (Sed vehemēter ⁊c.) Dic ponit dubitationē. Et ꝑmo ponit ad vnā ptē auctoritatez Aug. scdo ad partem cōtrariā inducit quorundaz rōnez. ibi. (Nec aūt nō videt.) (Quomodo g̃) Dic soluit. ⁊ primo insinuat soluendi difficultatē. zo prosequitur solutionē. ibi. (Potest ergo sic intelligi ⁊c.)

¶ Questio. I.

HIc querunt duo. ꝑmo de potentia gnāndi in deo. scdo de cōitate ipsi. ¶ Circa ꝑmū tria q̄runt. Primo vtrū in deo sit potētia ad gnāndū. zo qd sit illa potentia. an sit absolutum aliqd vel ad aliqd. 3o de cōparatione ipsius ad potentiā creandi.

¶ Utrum potentia generatiua sit in deo. I.

AD primum sic ꝓcedit. vr̄ q̄ in deo nō sit potētia ad gnāndum. Quicqd.n. exit ab aliq̄ potentia siue sit potētia agētis siue māe. ꝑus ē in potentia q̄ sit in actu. sed gnātio filij a pr̄e nō ē hō. cū sit eterna. g̃ nō exit ab aliq̄ potētia. g̃ in deo nō ē potētia ad generādū. ¶ P. illud qō per se est nāe nō exit ab ea mediante aliqua potētia. sicut aīa dat tale esse corpori nullo mediāte. sed gnātio est per se opus nāe. vt dicit Dama. g̃ nō est opus potētie. ⁊ sic idē q̄ pri. ¶ P. ois potētia vel est actiua vel passiua. sed in pr̄e nō est potētia passiua ad generādū filiū. Quia scōm eā magis diceretur mater q̄ pr̄. Nec est ēt in eo potētia actiua. Quia fm phm potētia actiua est ꝑn̄ trāsmutatiōis in aliud fm q̄ est aliud. vñ potētia actiua exigit mām in quā agat. Gnātio autē filij non est ex materia. ergo videtur q̄ in deo non sit potentia ad generandum.

CONtra Augustinus arguit. si pr̄ nō potuit generare filiū equalē ⁊ coeternum sibi ipotēs fuit. g̃ ex B videt q̄ potētia diuina ēt se extendat ad generationem filij. ¶ P. Ois operatio demōstrat potētiam ipsius operātis. cū igit̄ actꝰ generationis in ifinituz trāscendat ꝓductionē creaturarū: que tñ diuinā oipotētiā manifestat. videt̄ q̄ multo fortius generatio filij sit manifestatiua diuine potētie ⁊ nō nisi sicut actus eius. ergo videt̄ q̄ in deo sit potentia generandi.

RESpondeo dōm q̄ in creaturis aliquid ꝓducit per potētiā nālem: ⁊ hoc ꝓducit per similitudinē nāe ipsius ꝓducētis: sicut hō generat hominem. ꝓducit etiā aliquid per potētiā rōnalē: ⁊ hoc ꝓducitur in similitudinē ꝓducētis q̄tum ad spēm nō nature: sed in ratione existente cum oē agēs agat sibi simile aliq̄ modo: sicut domus ꝓducit ab artifice ⁊ recipit similitudinem spēi quā artifex hz in mente. Et fm hos duos modos aliqd ꝓducit a deo. Procedit.n. aliqd a deo in similitudinē nature recipiēs totā naturā: nec eādem spē tantum: sed eādem numero: ⁊ sic filiꝰ ꝓcedit a pr̄e per actuz generationis. Uñ in deo est potētia ad generādū similis potentie nāli. Procedit ēt aliqd a deo in similitudinem ydee existētis in mēte diuina: qō nō recipit naturā diuinam: sicut creature. Unde potentia operādi in creaturis est sicut potētia rōnalis in deo: ⁊ fm istam potētiā attenditur dei omnipotētia in deo. persona.n. diuina q̄ ꝓcedit per potētiā quasi nālem nō est aliqd cōnumeratū oībus. vñ potētia generādi nō cōtinet̄ sub oipotentia.

Ad primū ergo dōm q̄ illud est verū qñ actꝰ differt realr̄ a potentia a qua exit. tūc.n. ops q̄ ꝑus sit in potentia q̄ in actu vel tpe vel nā: sed in deo est oīno idē re. eēntia: potētia: ⁊ opatio. sed differunt tñ rōne: ⁊ iō in diuinis nō valz. ¶ Uel dōm q̄ in dīnis psonis est tñ ordo nāe quo fm Aug. aliquis est ex alio ⁊ nō ꝓr alio. vñ nō pōt cōcludi aliq̄ ꝓritas per hoc q̄ filius gnāt̄ ex potētia pr̄is. ¶ Ad scōm dōm q̄ natura vel eēntia cōparat̄ ad duo: ad hītez ⁊ ad id cui nā est ꝓncipium. iter eēntiaz igit̄ ⁊ hītez eēntiā nō cadit aliqua potentia media q̄tū ad actū ipsi eēntie in habentē q ē eē: sed ipsa eēntia dat esse hīti. ⁊ iste actꝰ est q̄si actꝰ ꝑmus. Egredit̄ ēt ab eēntia alius actꝰ q est ēt actꝰ hītis eēntiā sicut agētis: ⁊ eēntie sicut ꝓncipy agendi: ⁊ iste est actꝰ secundus ⁊ dicit̄ operatio: ⁊ inter eēntiā ⁊ talē operationē cadit virtus media differens ab vtroq; in creaturis etiā realiter: in deo rōne tñ: ⁊ talis actus est generare: ⁊ ideo fm modū intelligēdi nā nō est ꝓncipium ipsius nisi mediante potentia. ¶ Ad 3m dōm q̄ potētia dīna nullo mō

passiua est nec ēt vere actiua. sed sup actiua. actio.n.eiꝰ nō est per modū motꝰ: ꝫ per modū opatiōis: que differt a motu ſm phm in.io.ethi. sicut perfectum ab imperfecto: ꝛ ideo nō requirit mām in quā agat: qō non pōt esse in actione que est cū motu: cum oīs motus sit per exitus de potētia in actū: ꝛ iō nō opꝫ q creatio sit ex materia: et multo minus q generatio diuina. vnde Auicen. dicit q agens diuinū differt a naturali. agens enim naturale est causa motus. Sed agens diuinum est dans esse totum: sicut creatoꝛ mundi.

¶ Utrum potentia generatiua sit ad aliquid. II.

AD secundū sic ꝓcedit. videt q potentia generandi sit ad aliquid. ℞ remoto.n. itellectu distictaꝝ personarum a diuinis: adhuc manet intellectus oīum q̄ absolute dicunt: sicut bonitas sapia ꝛ hꝺ: sed remoto intellectu psonaꝝ nō remanet potentia gnandi: qz remotis psonis remouet gnātio: ꝛ remota generatiōe remouet potētia generādi. nō.n. pōt in diuinis esse aliqd in potētia qō nō sit actu. alꝰ deꝰ eēt mutabilis. g̃ nō est de absolutis: sed de ad aliqd dictis. ¶ ℘. potentie distiguunt̃ per actꝰ: sed generare in diuinis est ad aliquid dictū. qz gnātio est ꝓprietas ipsa relatiua vt supra dictū est: ergo ꝛ potētia generādi. ¶ ℘. oīs operatio ꝓpria alicuius rei egredit a forma ꝓpria eiusdē. sicut comburere a forma ignis: sed gnāre filiū in diuinis est ꝓpria opatio pris. g̃ ꝓncipiū illius erit ꝓpria forma pris: hꝺ autē est paternitas q̄ relatio q̄dā est. cū igit ꝓnm opationis sit potētia: vt q potētia generādi sit ad aliquid.

Contra cuius est actꝰ ei ē potētia ſm phm: sed ſm Dama. gnātio est actꝰ nāe. g̃ ꝛ potētia gnāndi est ipsi nāe: nā est absolute dictū. g̃ ꝛ potētia. ¶ ℘. in q̄libꝫ gnātione vniuoca idem est ꝓnm gnātōis ꝛ terminꝰ. sicut hō generat hoīem: sed terminꝰ generatiōis in diuinis est eēntia q̄ cōicat̃ per generationē vt supra dictū ē. ergo essentia ēt est ꝓncipium generationis: ꝛ sic videt q potentia generandi sit essentiale.

Respondeo quidā dixerūt q potētia generādi simplr est ad aliqd nō tātū ex parte actꝰ: sed ēt ex pte ipsiꝰ potētie. potētia.n. dicit relationē ꝓncipij. sed hꝺ nihil est: qz potētia nō ē relm ſm suum eē: sed solū ſm dici. imo potētia significat ēt illud qō ē ꝓnm ꝛ nō tm relonē ꝓncipij. Sic.n. q̄rimꝰ hꝺ de pō generandi. ꝓnm aūt cuiuslibet operatiōis dine vt supra dictū ē. ē eēntia dina: sed ab eēntia egredit aliqs actꝰ ſm q eēntia ē sapia: ꝛ aliqs ſm q est voluntas. ꝛ sic de alys attributis. Similiter dico q cū ꝓprietas realr sit eēntia: eēntia ꝫ q est ipsa pr̃nitas est ꝓnm huiꝰ actꝰ qui est gnāre: nō sicut agens: sed sicut quo agit̃. vñ ꝓnm gnātiōis ē eēntiale sub rōne relationis. vñ est q̄ſi mediū iter eēntiale ꝛ psonale. ex pte.n. illa q̄ pō q̄ est media inter eēntiā ꝛ opationē radicat̃ in eēntia est absolutū. ex pte aūt illa qua cōiungit̃ operationi est relatiuum.

Ad primū g̃ dōm q remoto itellectu psonaꝝ remanent̃ ea q̄ sunt pure absoluta: sed hꝺ nō est pō generādi vt dictū ē. ꝛ iō nō remanet subtractis psonis. ¶ Ad ꝫm dōm q ex q̄uis potētie inotescāt p actus: nō tm oꝫ q in eodē genere ponant̃ potētie ꝛ actꝰ. ꝛ ꝓcipue de potētys actiuis. vñ ex q̄uis generare sit ad aliquid. nō tm oꝫ q potētia gnāndi sit ad aliqd. sed verꝝ ē q posse gnāre est posse ad aliqd accusatiui casus. ¶ Ad ꝫm dōm q nā cōis in vnoquoq; opat̃ ꝫ ꝺitionē ipsiꝰ. vñ aīa sensibilis hꝫ in diuersis aīalibꝰ diuersas opatiōes: ꝛ ēt in diuersis oꝛganis sentiēdi. ꝛ hꝺ iō est: qz nā cōis determinat̃ ꝛ ꝺtrahit in vnoquoq; ſm ꝓprietates inuētas in illo. diuina aūt nā nō ꝺtrahit̃ neq; determinat̃ per ꝓprietates suppositoꝝ: tm nā diuina in pr̃e est ꝓprietas pris. ꝛ in filio est ꝓprietas fily: iō aūt nō ꝺhit̃: qz ꝓprietas nō ē aliō ab essentia vel ipsa nā vt adueniat sibi quasi dispositio ꝺhēs. iō ēt nā nō determinat̃ vel distiguit̃: qz relatio nō distinguit̃ ſm id qō ē. ꝫ ſm hꝺ tm cōperat̃ ad eēntiā: cuꝫ q̄ est idē re: sed ſm q ad alterū ē: ꝛ sic respicit psonā ꝛ distiguit eā: ꝛ iō in pr̃e est ꝓncipiū opationis ſm ꝓprietatem pris: ꝛ in filio ſm ꝓprietatē fily. vñ eadē opatio ē ꝛ nāe cōis ꝛ ꝓprie forme ipsiꝰ pris. ꝛ iō pō generandi vt dictuꝫ ē: est mediū iter absolutū ꝛ relatū. ꝛ hꝺ voluerūt q̄daꝫ dicere: dicentes potentiā gnāndi absolutuꝫ si cōsideret potentia remota vel idispositā: q̄uis ipꝛopꝛie locuti sint: qz ꝓprietas nō disponit eēntiā sed suppositū. ꝛ per ea q̄ dcā sunt patet etiam solutio ad sequentia.

¶ Utr pō dicat̃ vniuoce de pō gnāndi ꝛ pō creādi. III.

AD tertiuꝫ sic ꝓcedit. vr̃ q pō non ꝺ vniuoce de pō generādi ꝛ creādi. Potētie.n. distiguunt̃ p actꝰ: ꝛ actus per oba: sed filiꝰ deꝰ ꝛ creature nō vniuocantur in aliquo. g̃ nec gnātio ꝛ creatio. igit̃ vlterius nec pō generandi ꝛ creādi. ¶ ℘. pō creandi est simpliciter absoluta sed pō generādi est quodammō ad aliquid. cū igr̃ nihil vniuoceꝫ ad absolutū ꝛ relatū cū sint i diuersis p̄dicamētis vr̃ q pō nō vniuoce dicat̃ ō vtraq;.

Contra sicut dictū est pō gnāndi est ipsa dīna essentia. silr ēt pō creādi: cum deꝰ sit ꝓmū agēs: ꝛ oīs sua operatio sit per suā eēntiaꝫ. g̃ vr̃ q vtraq; sit vna potētia. ¶ Supposito q pō aliq̄ mō de eis dicat̃ ſm ꝓus ꝛ posteriꝰ: q̄r̃ q̄ istaꝝ potētiaꝝ sit ꝓor: ꝛ vr̃ q pō creādi. cōe.n. est aī ꝓpriū: ꝛ eēntiale ante psonale ſm rōnē itelligendi. Sꝫ pō creādi ē cōis tribꝰ personis. potētia aūt generādi vr̃ ꝓprie ptinere ad psonā pris. g̃ vr̃ q pō creādi sit ꝓor. ¶ Cōtra. ꝫ oꝛdinē actuū ē oꝛdo potētiaꝝ: ꝫ gnātio ē ꝓor creatiōe sic̄ eternū tpali. g̃ ꝛ pō gnāndi ē ꝓor.

Respondeo dōm q pō ē mediū ſm rōnē itelligēdi iter eēntiā ꝛ opationē nāe. pñt g̃ ꝛsiderari pō creādi ꝛ pō gnāndi ſm q radicant̃ in eēntia diuina: ꝛ sic est vna numero potētia: ne dū vniuoce dicta. possunt ēt cōsiderari ex parte q̄ cōiungunt̃ operationi. ꝛ ſm hꝺ potētia dr̃ de eis nō vniuoce: sed ſm ꝓus ꝛ posterius: ꝛ potētia generandi erit ꝓor ſm rōnem itelligendi q̄ potētia creandi: sicut generatio est ꝓior creatione. ¶ Et per hoc ꝫ solutio ad ꝓmū: qō ꝓcedit de potentia cōparata ad actū. Et similiter ad zm: qz potētia generādi non est ad aliqd nisi ex parte illa q̄ cōiungit̃ actui. Et similiter ad tertiū qō ꝓcedit ecōtrario de potentia ſm q se tenet a parte essentie. ¶ Ad quartū dōm q cōe in diuinis est ante ꝓpriuꝫ quādo cōe per se accipit̃ ſm rōneꝫ itelligendi. sed qñ cōe accipit̃ cuꝫ respectu ad creaturas rōne respectus adiuncti est posteriꝰ q̄ ꝓpriuꝫ alicuius persone ſm rationem intelligendi. Quintū ꝓcedimus.

¶ Questio. II.

DEinde querit̃ de cōitate hꝺ pōe: ꝛ circa hꝺ duo q̄runt̃. ꝓmo vtrum potētia generandi sit in filio. zo vtrum filius possit generare.

¶ Utrum potentia generandi sit in filio. I.

AD primuꝫ sic ꝓcedit. Sicut supra dictum est: potētia generādi includit in se rōnem paternitatis. sed paternitas nō est i filio. g̃ nec potētia generādi. ¶ ℘. cum potētia dicat rōnē ꝓncipij. potētia generādi dicit ꝓncipiū generatiōis: sed filio nullo mō ꝓpetit eē ꝓncipium gnātionis. esset.n. ꝓncipiū suiꝓsiꝰ. ergo in filio

nullo mō est potentia generandi.

Contra sicut supra dictū ē potētia generādi est ipsa diuina eētia:sz eētia pr̄is tota ē in filio.ḡ vr̄ q; ēt pō generādi sit in filio. ¶ Ꝑ.nulla scia vel volūtas ē pr̄is q̄ nō sit fily.ḡ nec ēt aliq̄ pō.cū pō illis duobus cōdistinidaī.sed pō generādi ē in pr̄e.ḡ ⁊ in filio.

Respondeo dōm q; potentia generādi dr̄ tripliciter:fm q; generandi pōt esse gerūdium verbi īpersonalis vel verbi psonalis actiui:vel verbi personalis passiui:si sit gerundiuz verbi impersonalis tunc potētia generandi est potētia qua ab aliquo generatur:⁊ ita est in filio potētia generandi.i.qua a patre generatur:si sit gerundiuz verbi personalis actiui:tūc potētia generādi dicit̄ potētia vt generet:⁊ sic nō est in filio:si sit gerundiuz verbi personalis passiui:tūc potētia generādi dr̄ potētia vt generet̄:⁊ ita est in filio:qz eadem potētia q̄ in pr̄e est vt generet:est in filio vt generet̄:⁊ ista distictio fundaī super id qō dictū est q; potētia generādi est eētia dīna a qua ꝓout in pr̄e est pr̄nitas est gnātio actiua:⁊ put in filio est filiatio erit gnātio passiua.

Ad primū ḡ dōm q; potētia gnāndi ex parte q̄ cōiungit̄ actui includit in se pr̄nitatem:⁊ fm hoc nō ꝯuenit filio:sed ex parte illa q̄ radicaī in essentia nō ĩcludit ⁊ ita cōuenit filio:fm q; generādi est gerūdium verbi īpersonalis vt sit sensus potētia generādi est in filio.i.essentia diuina per quā a patre fit gnātio. ¶ Ad 2m dōm q; potētia generādi nō est nisi in pr̄e fm q; habz rōnem p̄ncipij in se ĩclusam per modū pr̄nitatis:sed aliomō pōt esse in filio sicut dictū est:⁊ ex his ēt q̄ dicta sunt pz solutio ad tertiū. ¶ Ad q̄rtū dōm q; volūtas ⁊ scia nō hñt rōnem p̄ncipij respectu gnātiōis fily:qui ꝓcedit per modum nāe:sed tm̄ respectu creaturarū q̄ ꝓducunt a nō sicut artificiata:sed potentia etiā bz rōnē p̄ncipij ad gnātionē dīnā:⁊ iō magis pōt trahi ad psonale vt sit ꝓprium alicuius persone q̄z scientia ⁊ voluntas.

¶ Utr̄ filius possit generare alium filium. II.

Ad secundum sic ꝓcedit̄.vr̄ q; filius possit generare filiū aliū.Sēcz.n.potētiā nō ipeditā est aliqd potens operari:sed in filio est aliquo mō potentia generandi vt dictū est.cū igit̄ potētia dei nō possit ipediri.vr̄ q; filius possit gnāre aliuz filium. ¶ Ꝑ.filius est ymago pr̄is pfecte repr̄sentās ipm fm perfectā silitudinē:sed pater pōt generare.ḡ videt̄ q; etiā filius:alias nō pfecte assimilat̄ sibi. ¶ Ꝑ.quecunq; opatio est alicui⁹ nāe cōis si est in vno suoꝝ suppositoruz est ⁊ in alio:sicut ītelligere ⁊ rōcinari est opatio nāe būane in sorte ⁊ platone.sed generatio est opatio diuine nāe in pr̄e.ḡ ⁊ in filio.vr̄ ḡ q; filius possit generare filiū. ¶ Itē posse generare est aliqd dignitatis pr̄is alias nō eēt ꝓprietas psonalis:sed nulla dignitas est in patre q̄ non sit in filio cū sint oīno eq̄les in dignitate.ḡ filius pōt gnāre.

Contra fm Aug.minimū ĩcōueniens deo ē ipole:sz si filius gnāret filiū:seqret̄ in deo ĩcōueniēs: qz ille filius generaret aliuz:⁊ sic in infinitū.ḡ vr̄ q; filius nō possit gnāre. ¶ Ꝑ.nō eēt ibi sūma vnio ⁊ indistātia equalis:qz filius dei ꝓpingus se hret ad filiū q̄z ad pr̄ez:⁊ B non vr̄ in diuinis ꝓpetere. ¶ Ꝑ.q nō pōt eē pr̄ nō pōt generare:sed filius nō pōt eē pr̄:qz seqret̄ ꝯfusio psonaruz.ḡ ⁊c. ¶ Ulteri⁹ q̄rit̄ vtr̄ pr̄ possit generare aliū filium: ⁊ vr̄ q; sic:qz per gnātionē in nullo diminuit̄ ei⁹ potentia. ḡ qua rōne pōt generare vnū pōt ⁊ generare plures.

Respondeo dōz q; qdā dixerūt q; filius pōt gnāre aliū filiū:sed ista pō nūq̄ reducet̄ in actū pp ĩcōueniēs:qō Aug.iducit in lr̄a:sz B nihil ē:qz in perpetuis fm ph̄m nō differt esse ⁊ posse:⁊ multo min⁹ in diuinis.vñ qcqd nō ē in deo nō pōt eē ibi.als deus eēt mutabilis.vñ dōm simplr̄ q; filius nō pōt gnāre filiū. Et rō h⁹ est:qz ille filius in nullo distingueret̄ ab alio.cū.n.psone diuine nō distinguant̄ fm diuisionē māe:qz nō sūt māles: non remanet ibi alia distinctio nisi per relationes originis:impossibile est aūt q; vna relatio originis:sicut filiatio multiplicetur fm numerum:quia talis multiplicatio esset mālis.vñ in deo non pōt esse nisi vna filiatio:⁊ vna filiatiōe nō constituit̄ nisi vnus filius.⁊ ita in diuinis nō possunt eē plures fily nec plures patres:⁊ B pertinet ad perfectionem fily:qz nihil de filiatiōe est extra ipsum in diuinis.vnde est perfectus filius.

Ad primū ergo dōm q; in filio nō est potentia generandi nisi fm q; radicaī in eētia:et nō ex parte qua cōiungit̄ actui gnāndi:⁊ ideo nō sequit̄ q; sit actus ibi. ¶ Ad 2m dōm q; vbicūq; est silitudo opz q; ibi sit aliqua distinctio:qz fm boetiū similitudo ē rex differentiū eadem q̄litas.als nō esset similitudo sz identitas.vñ inter filiū ⁊ pr̄em saluaī perfecta similitudo:sz remanēte distinctiōe in oīb⁹ attributis cōueniūt.si autē filius generaret nō remaneret distinctio inter pr̄em ⁊ filium:cū nō sit ibi distinctio nisi per relationes originis:⁊ non possit ibi esse nisi vna pr̄nitas tātū vt dictū ē. ¶ Ad 3m dōm q; generare non est act⁹ diuine nāe nisi fm q; nā dīna est ipsa pr̄nitas:⁊ sub tali rōne natura dīna nō est in filio. ¶ Ad quartuz dōm q; dignitas est de absolute dictis.⁊ iō eadē ē dignitas pr̄is ⁊ fily nūero sic eadē eētia. vñ sicut pr̄nitas in patre est eētia:⁊ eadē essentia ē in filio nō paternitas sed filiatio:ita eadez dignitas numero que in patre est paternitas in filio ē filiatio.

¶ Ad id qō vlteri⁹ q̄rit̄ pz solo etiā per ꝓdicta:qz ipole est in diuinis plures esse filios.boc.n.nō est ex defectu potētie patris:sed ex distinctiōe suppositoꝝ diuine nature q̄ tolleretur vt dictum est. ¶ Expositio textus.

Immoderata eni esset ⁊c.) Ur̄.n. nō eē ĩcōueniens si genit⁹ semp aliuz gigneret:imo maximū bonum:qz q̄libet gnātio eēt ifinitū bonū.⁊ pōt dici q; eēt triplex ĩcōueniēs. ꝓmo qz si B in infinitū ꝓcederet cū oē ifinituz sit iperfectum gnātio dīna nūq̄ eēt pfecta.⁊ B sumit̄ ex lr̄a.2o qz nō posset eē distinctio inter plēs genitos vt dcm̄ ē.3o qz quāuis cōicatio sit de nobilitate ⁊ simplicitate nāe tm̄ ifinita cōmunicatio nō est nisi ex defectu nāe:qz.n. natura nō pōt conseruari fm eternū esse in vno indiuiduo nisi ēdit ꝓ infinitam successionem idiuiduoꝝ cōseruare perpetuitatē suam saltez fm idē in spē:⁊ B nullo mō deo cōuenit(Nō .n.nō potuit sz nō oportuit.i.nō ex impotētia ⁊c.) Videt̄ ista expositio nimis esse extorta ⁊ nō posse accipi ex verbis Aug. ¶ Sed dōm q; magister accipit istā expositionem ex eo q; ly non. potuit pōt sumi negatiue tm̄:⁊ sic ꝓcedebat obiectio:vel pōt sumi quasi p̄nnatiue vt nō potuit sit quasi terminus infinitus:⁊ tunc per hoc q; dicit. nō.n.nō potuit:negaī ipotētia. ¶ Sed videt̄ iterū q; ex ipotētia fily sit q; n̄ generet.ita.n.arguit Aug. si pr̄ nō potuit gnāre filiū coeternū ⁊ coequalem sibi:ipotēs fuit.ḡ videt̄ similr̄ q; si filius non potuit:ipotēs sit. ¶ Dōm q; generare filiū est de his q̄ pertinēt ad rōnez pr̄is:⁊ iō nihil posset deesse de his que sunt vel ptinēt de perfectiōe generatiōis:qn redundaret in ipotētiā pr̄is: sed generare nō pertinet ad rōnē fily:imo potius est oppositum filiationi:⁊ ideo ex B nō ostendit̄ filius impotēs:sicut homo non dicitur impotens nisi ex eo q; non potest ea que ad ipsum pertinent.

¶ De veritate ꝓprietate ⁊ icõmutabilitate ⁊ simplicitate essentie dei. ¶ Di. VIII.

NUnc de veritate siue ꝓprietate ⁊ incõmutabilitate atq; simplicitate dine nãe vel subę siue eẽntie agendũ ẽ. Est itaq; ꝺs: vt ait Aug. i. v. li. de tri. sine dubitatiõe subã vel sameli⁹ ß appellaẽ eẽntia: quã greci vsyã vocãt. Sic. n. ab eo qꝺ ẽ sape dicta est sapia: ⁊ ab eo qꝺ ẽ scire dcã est scia: ita ab eo qꝺ ẽ esse dicta ẽ essentia. Et qs magis est q̃ ille q̃ dixit famulo suo Moysi. Ego sum qui sum ⁊ dices filijs israel: q̃ est misit me ad vos. Ipse ꝟe ac ꝓprie dr̃ eẽntia: cui⁹ eẽntia nõ nouit ꝑteritũ vel futurũ. Ũñ Hieronym⁹ ad Marcellaz scribẽs ait. Be⁹ solus q̃ exordiũ nõ hz ꝟe eẽntie nomẽ tenuit. qz in ei⁹ ꝓparatiõe q̃ ꝟe ẽ: qz icõmutabil' ẽ: q̃si nõ sũt q̃ mutabilia sũt. Be quo. n. dr̃ fuit: nõ ẽ: ⁊ de quo dr̃ erit nõdũ ẽ. de⁹ aũt tm̃ ẽ q̃ nõ nouit fuisse vel futurꝫ eẽ. Solus g̃ de⁹ ꝟe ẽ: c⁹ essentie ꝓparatũ nr̃m esse non est.

¶ Querit q̃lr intelligẽda sint ꝟba hieronymi.

HIc diligẽter aduertẽdũ ẽ qũo intelligi debeãt ꝟba illa hieronymi. s. de⁹ tm̃ ẽ ⁊ nõ nouit fuisse tanq; nõ possit dici de deo fuit vel erit hz tm̃ ẽ: cum de deo freq̃nter scriptũ reperiam⁹: fuit ab eterno: fuit semp ⁊ erit in secula ⁊ hz. Ũñ vr̃ qz nõ ẽ tm̃ dicẽdũ de deo: fuit ẽ vel erit. Si. n. diceret tm̃ fuit putaret q̃ desierit eẽ. Si dicere tm̃ ẽ putaret q̃ nõ semp fuerit hz eẽ cepe rit. Si tm̃ erit putaret nõ eẽ mõ. Dicaẽ g̃ qz sp fuit est ⁊ erit vt itelligaẽ: qz nec cepit nec ꝺsijt nec desinit: nec desinet eẽ. Be hoc Augu. sup Joãnẽ ita ait: cũ de sempiterna re ꝓprie dicaẽ est. scõm nos bñ dr̃ fuit ⁊ erit. fuit qz nũquaz desijt: erit qz nũq; derit. ẽ qz sp ẽ. nõ ꝑterijt q̃si qꝺ nõ maneat. nõ oriet q̃si qꝺ nõ erat. Cũ ergo nr̃a locutio ꝑ tẽpora varieẽ: de eo vere dicunt ꝟba cuiuslibet tẽporis: qui nullo tpe defuit vel deest vl' deerit. Et iõ nõ mirũ si de spũ ꝟitatis veritas loquẽs dixit ꝑ futurꝫ. Quecũq; audiet loqueẽ. audiet. s. ab eo a quo procedit. Audire illi⁹ ẽ scire: idẽ ẽt eẽ. A quo g̃ ẽ illi cẽntia: ab illo audiẽtia. i. scia q̃ nõ ẽ aliud q̃ eẽntia. Audiet g̃ dixit ꝺ eo qꝺ audiuit. ⁊ audit. i. qꝺ semp sciuit scit ⁊ sciet. Ecce hic dicit Augu. ꝟba cuiuslz tpis dici de eo: sed tm̃ ꝓprie ẽ. Illud g̃ qꝺ hiero nym⁹ dic ita itelligẽdũ est. Nõ nouit fuisse vel futurꝫ eẽ hz tm̃ eẽ. i. cũ dr̃ de deo q̃ fuit vel erit nõ est itelligẽdũ q̃ ꝑterierit vl' futurus sit: hz q̃ existat simpliciter sine aliquo tpali motu: lz. n. verba subina diuersoꝝ tẽpoꝝ de deo dicant vt fuit erit est erat. nõ tm̃ tẽporales motus esse distinguũt. s. ꝑteritũ vel futurꝫ vel ꝑteritũ iperfectum vl' ꝑteritũ perfectũ. vl' ꝑteritũ pluscq; pfectum: hz eẽntiã siue existẽtiã diuinitatis simpl'r ĩsinuãt. Be⁹ g̃ solus ꝓprie dr̃ eẽntia vl' eẽ. Ũñ Hyl'. ita ait in. vii. li. de trini. Esse nõ ẽ accidẽs deo: sed subsistens veritas ⁊ manens causa: ⁊ naturalis generis ꝓprietas.

¶ De icõmutabilitate hic.

DEi ẽt soli⁹ eẽntia ꝓprie icõmutabilis dr̃: qz nec mutaẽ nec mutari ꝑt. Ũñ Aug. in. v. lib. de trinitate. Alie inqt eẽntie vel subę capiũt accidẽtia: qb⁹ in eis fiat vel magna vl' quãtacunq; mutatio. Deo aũt aliqd hꝺ accidere nõ põt: ⁊ ideo sola subã vl' eẽntia q̃ ẽ de⁹ icõmutabilis ẽ. Cui pfecto maxie ac ꝟissime cõpetit esse. Qꝺ. n. mutaẽ nõ seruat ipm̃ verũ eẽ: ⁊ qꝺ mutari põt ẽt si nõ mutẽ põt qꝺ fuerat non eẽ. Ideoq; illud solũ qꝺ nõ tm̃ nõ mutaẽ: vez ẽt oio mutari nõ põt: verissime dicit eẽ. i. subsiãtia patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti. Jõ apostolus de deo loquens ait. Qui solus imortalitatẽ hz. Ut eni ait Augustinus in li. de trinitate. Cũ anima quodam mõ imortal' eẽ dicaẽ ⁊ sit. nõ diceret apl's solus hz imortalitatẽ: nisi qz ꝟa imortalitas ⁊ icommutabilitas ẽ: quã nulla põt hr̃e creatura: qm̃ solius creatoris est. Unde Jacob⁹ ait. Apud quẽ nõ ẽ trãsmutatio nec vicissitudinis obũbratio. Et Dauid. Mutabis ea ⁊ mutabuntur: tu autẽ idem ipse es. Jdeo Augustinus super genesim dicit q̃ de⁹ nec per loca nec per tẽpora moueẽ. Creatura vero per tpa ⁊ loca. ⁊ ꝑ tẽpora moueri est per affectiones cõmutari. Deus autẽ nec loco nec affectione mutari potest: qui per ꝓphetaz ait. Ego de⁹ ⁊ nõ mutor qui ẽ immutabilis solus. Unde recte solus dicit habere imortalitatẽ. In omni. n. mutabili natura vt ait Augustinus contra maximinum nõ nulla mors ẽ ipsa mutatio. quia facit aliqd in ea non esse: qꝺ erat. Unde ⁊ ipsa aia humana que in deo dicit imortalis: qz ꝑm modum suũ nunq; desinit viuere: hz tm̃ quãdã mortem suã. qz si iuste viuebat ⁊ peccat: moritur iustitie: si peccatrix erat ⁊ iustificatur: moritur peccato: vt alias eius mutatiões taceam: de qbus modo longuz est disputare. Et creaturarũ natura celestiũ mori potuit: quia peccare potuit. Nã angeli peccauerunt ⁊ demones facti sunt quoruz est diabolus princeps: ⁊ qui nec peccare ꝟerũt peccare potuerunt: ⁊ quicunq; creature

rationali p:estat vt peccare non possit: nō est hoc nature p:opr:ie: sed dei gr:atie. Et iō solus deus vt ait apostolus hz imo:talitatez: qui nō cuiusquā gr:atia sed natura sua nec potuit nec potest aliq̄ conuersiōe mutari: nec potuit nec poterit aliqua mutatiōe peccare. Proinde vt ait Augustinus in lib. i. de trinitate: substātiaz dei sine vlla sui cōmutatiōe mutabilia faciētez ⁊ sine vllo suo tpali motu tēpo:ralia creantez: intueri ⁊ nosse lz sit difficile: oz. Vere ergo ac ꝓp:ie icōmutabilis est sola diuinitatis eēntia q̄ sine sui mutatiōe cūctas cōdidit naturas.

¶ Hic de simplicitate.

Adem quoq; sola ꝓp:ie ac vere simplex ē: vbi nec partiū nec accidētiuz seu quarūlibet fo:maꝝ vlla est diuersitas sine variatio vl' multitudo. Ut aūt scias quomodo simplex sit illa substātia vt te docet Augustinus in li. vi. de tri. aniaduerte p:imo quare creatura sit multiplex ⁊ nullo modo ꝙ simplex. Et p:imo de co:po:ali postea vero de spirituali creatura. Co:po:alis vtiq; creatura partib⁹ cōstat: ita vt sit sibi alia pars mai o:. alia mino:: ⁊ maius sit totum q̄z pars quelibz. Et in vnoquoq; co:po:e aliud est magnitudo: aliud colo:: aliud figura: pōt enim ⁊ minuta magnitudine manere idez colo:: ⁊ eadem figura. ⁊ colo:e mutato manere eadem figura ⁊ eadez magnitudo: ac per hoc multiplex esse conuincit natura co:po:is. simplex autem nullo modo.

¶ Hic de spirituali creatura ostēdit quomō sit multiplex: non simplex.

Reatura quoq; spūalis vt ē aia: ī cōparatiōe q̄dē co:po:is ē simplex: sine cōparatiōe vero co:po:is multiplex est ⁊ nō simplex: q̄ iō simplex dicitur respectu co:po:is q: mole nō diffunditur per spaciuz loci: sed in vnoquoq; co:po:e ⁊ in toto tota est: ⁊ in q̄libet p:te eius tota ē: ⁊ iō cū fit aliqd in qualibet particula co:po:is exigua qō sentiat anima: q̄uis non fiat in toto co:po:e: illa tī tota sentit: q: totā nō latet. Sz tī nec in ipsa anima vera simplicitas est: cum aliud sit artificiosuz cē: aliud inertē: aliud acutum: aliud memo:ē: aliud cupiditas: aliud timo: aliud leritia aliud tristitia. Possūtq; hec ⁊ alia hmōi innumerabilia in anime nā inueniri: ⁊ alia sine alijs: ⁊ alia magis alia min⁹ manifestū ē nō simplicē cē lz multiplicē esse naturā. Nihil. n. simplex mutabile ē: ois aūt creatura mutabilis ē. nulla ergo creatura ꝙ simplex ē. Deus ꝙo etsi multiplr dicat. i. multis nominibus significet. ꝙ tī ⁊ sūme simplex ē. Dicitur eni magnus bonus sapiēs beatus verus: ⁊ qcqd aliud non indigne dici videt. sed eadez magnitudo eius ē que sapientia. Nō eniz mole magnus est sed virtute: ⁊ eadē bonitas que sapientia ⁊ magnitudo ⁊ veritas. ⁊ nō est ibi aliud ip̄z beatū cē. ⁊ aliud magnū aliud sapientez aliud verū aut bonū esse: aut oio esse.

¶ Qualiter cū deus sit simplex multiplex tamen dicatur.

Hic diligēter notādū est cū dicat Augustin⁹ solū deū vere simplicē cē cur dicat eūdē multipliciter dici: lz ꝑ nō ꝓpter diuersitatē accidētiū vel ptiū dicit: imo pp diuersitatē ac multitudinē noiuz q̄ de deo dicunt: que lz multiplicia sint: vnuz tī significāt. s. diuinaz naturam. hec. n. non ita accipiunt cū de illa icōmutabili eternaq; substātia icōparabiliter simplicioze ēt est humanus animus dicunt: quēadmodū cū de creaturis dicūtur. Unde Augu. in li. vi. de tri. Deo inquit hoc est esse q̄ forte cē vel sapiēte cē vel iustū cē. Et si qd de illa simplici multiplicitate vel multiplici simplicitate dixeris quo substātia ei⁹ significet: hūano autē aio nō ē hoc cē q̄ est forte cē aut prudētem aut iustū. pōt eni esse animus ⁊ nullā istarū habere virtutē.

¶ Tanta ē dei simplicitas ꝙ nulli predicamentorum subijcitur.

Quod aūt in dīna nā nulla sit accidētiū diuersitas nullaq; penit⁹ mutabilitas sed pfecta simplicitas: ostendit Aug. in. v. li. de trini. dicēs. Intelligamus deū quātū possum⁹ sine q̄litate bonū: sine quātitate magnū: sine idigentia creatorē: sine situ p:esentē: sine habitu omnia continentem: sine loco vbiq; totum: sine tempo:e sempiternuz: sine vlla sui mutatione mutabilia facientem nihilq; patiētē. Quisq; deū ita cogitat ⁊ si nōdū pōt inuenire oio qd sit: pie tamen caueat quātum pōt aliqd de illo sentire qō nō sit. Ecce si subtiliter itendas ex his atq; predictis aperitur illa p:edicamenta artis dyalectice dei nature minime conuenire: q̄ nullis subiecta est accidentibus.

¶ Q: de⁹ nō ꝓp:ie sed abusiue dicit suba.

Unde nec ꝓp:ie dr̄ suba: vt Augustinus li. vij. de trinitate ostēdit dicēs. Sic ab eo qō est eē appellat eēntia: ita ⁊ ab eo qō ē subsistere subaz dicimus: si tī dignū ē vt de⁹ dicat subsi-

stere. Hoc.n. de his reb⁹ recte itelligit: in quibus vt in subiectis sunt ea q̄ in aliquo: vt i subiecto esse dñr. sicut in corpe color atq; forma. Corp⁹.n. subsistit t iō suba est. Resp̄o mutabiles neq; simplices ꝓprie dicūtur sube. Be⁹ aūt si subsistit vt suba ꝓprie dici possit inest in eo aliqd tanq̄ in subo: t non est simplex. Nephas aūt ē dicere vt subsistat de⁹ t subsistit bonitati sue: t illa bonitas nō suba sit vel potius eēntia: neq; ipse de⁹ sit bonitas sua: ꝫ in illo sit tāq̄ in subiecto. Uñ manifestū est deus abusiue subam vocari: vt noie vsitatione itelligatur essentia: qō vere ac ꝓprie dī ita vt fortasse solum deū dici oporteat essentiā. Est.n. vere solus: quia incōmutabilis est.

¶ Qr nō est i deo aliqd qō nō sit de⁹.

Uius aūt essentie simplicitas ac sinceritas tāta est q̄ nō est i ea aliqd qō nō sit ipsa: sed idem est habens t qō habetur. Uñ Hylarius in. vij. lib. de trini. ait. Nō ex compositis inqt deus qui vita est subsistit: neq; qui virtus est ex infirmis continet: nec q lux ē ex obscuris coaptat: nec qui spiritus est ex disparibus formalis est. totum qō in eo est vnū est. Itē Hylarius in. viij. lib. de trini. Nō humano modo deus ex compositis ē: vt in eo aliud sit qō ab eo habet: aliud sit ipse qui habeat: sed totū vita est natura. s. perfecta t infinita t nō ex disparibus constituta: sed viuens ipsa per totū. Be hoc eodez Boetius in libro de trinitate ait. Quocirca hoc vere est vnum in quo nullus numerus: nulluz in eo aliud ꝓter id qō est. neq; eniz subiectū fieri pōt. Augu. quoq; in lib. de fide ad petruz dicit. In dei substantia nō est aliquid qō non sit suba: quasi aliud sit ibi substātia: aliud qō accidit substantie: sed quicqd ibi intelligi pōt substantia est. Uerū hec dici possunt t facile credi: videri autē nisi puro corde omnino nō possunt. Itē Augu. in. xv. lib. de trinitate. Sic habetur in natura vniuscuiusq; trium: vt qui habet hoc sit quod habz. sicut imutabilis simplexq; substātia. Unde Isidorus ait. Be⁹ simplex dicitur siue nō amittendo qō hz: siue qō aliud nō est ipse: t aliud quod in ipso est: t cū tante simplicitatis atq; sinceritatis sit natura diuina: est tamē in ea personarū trinitas. Unde Augustin⁹ in. xi. lib. de ciuitate dei ait. Nō ꝓpter hoc naturam summi boni simplici dicimus: quia pater est in ea solus: aut filius in ea solus: aut spiritus sanct⁹ solus. i. qz ē sola ista nominum trinitas siue subsistentia personarū sicut sabelliani putauerūt: sed ideo simplex dicitur: quia est hoc qō habet: excepto q relatiue queq; persona ad alteraz dicit: nec est ipsa. Nam vtiq; pater habet filium ad quem relatiue dicit: nec tamē ipse est filius: t filius habet patrem: nec tamē ipse ē pater. In quo vero ad semetipsum dicit nō ad alterū. hoc ē qō habet sicut ad semetipsum dicitur viuus habēdo vitam: t eadem vita ipa ē. ꝓpter hoc vtiq; natura hec dr̄ simplex q̄ non sit aliud hñs: t aliud id qō habet: sicut in ceteris rebus est. Nō eniz hñs liquorez liquor est: nec corpus color: nec aia sapientia est. Ecce quāta est idētitas: quanta est vnitas t imutabilitas simplicitas puritas diuine sube iuxta infirmitatis nostre valitudinem assignauimus.

¶ Diuisio ꝓme partis textus.

Ostensa trinitate personarū in vnitate eēntie h̄ incipit ꝓseq determinationez suā de his que pertinēt ad vtrūq; sunt aūt in dīnis tria. s. eēntia cōis psona distincta: ꝓprietas distiguēs. diuidit ḡ h̄ pars in duas. in ꝑma determinat de istis ꝑm se. in scōa quo adiuicē cōparant. 33. di. ibi. (Pōt supradicta ꝛc.) Prima i tres. In ꝑma determiat de eēntia. In scōa de personis. 9. dis. ibi. (Nec ad psonaz distinctionē) In 3ª determinat de proprietatibus. 26. di. ibi. (Nunc de ꝓprietatibus.) Prima in tres ꝑm tria attributa eēntie q̄ ꝓsequitur. ꝑmo. n. determinat de eēntie vnitate. scōo de icōmutabilitate. ibi. (Dei etiaz solius ꝛc.) tertio de simplicitate. ibi (Eadēq; sola ꝛc.) Circa ꝑmū duo facit. ꝑmo ostēdit veritatē diuine essentie. scōo removet dubitationē. ibi. (Dic diligenter aduertendum ꝛc.)

¶ Questio. I.

Circa ꝑmā partē distinctōis in qua agit de ꝓprietate dīni esse: duo q̄runt. Primo de ipso eē dino. Secūdo de mēsura eius. s. eternitate. In ꝑmo tria querunt. Primo vtz eē deo ꝓprie ꝓueniat. Secūdo vtz suū esse sit esse cuiuslibet creature. Tertio de ordine huius nominis qui est ad alia diuina nomina.

¶ Utrum esse ꝓprie dicat de deo. I.

